

# Universitätsbibliothek Wuppertal

**M. Tullii Ciceronis Opera Omnia**

**Cicero, Marcus Tullius**

**Basileæ, MDCLXXXII**

Liber septimus: Ad M. Marium et alios

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1133](#)

## EPISTOLARUM

LIBER SEPTIMVS,

AD

M. MARIVM, ET ALIOS.

*Arg. De ludis à Pompejo exhibitiis, & eorum fastidio Nihil in illis fuisse dignum Mario.*

M. CICERO S. D. M. MARIO.

Ite dolor aliqui corporis, aut infirmitas valitudinis tua tenuit, quo minus ad ludos venires: fortuna magis tribuo, quam sapientia tua. Sin hæc, quæ ceteri mirantur, contemnenda esse duxisti, & cum per valitudinem posses, venire tam non noluisti: utrumque latior, & sine dolore corporis te fuisse, & animo valuisse, cum ea, quæ fine causa mirantur alii, neglexeris: modo, ut tibi constiterit fructus otii tui: quo quidem tibi perfrui mirificè licuit, cum esses in ista amoenitate panè solus relishus. Neque tamen dubito, quin tu ex illo cubiculo tuo, ex quo tibi Stabianum perforasti, & patefecisti Sejanum, per eos dies matutina tempora lectiunculis consumeries: cum illi interea, qui te istuc reliquerunt, spectarent communis immos semisonni. Reliquas vero partes diei tu confumebas his delectationibus, quas tibi ipse ad arbitrium tuum compararas: nobis autem erant ea perpetienda, quæ scilicet Sp. Macius probavisset. Omnino, si quævis, ludi apparauissimi: sed non tui stonachi. conjecturam enim facio de meo. Nam primum honoris causa in scenam redierant ii, quos ego honoris causa 3 de scenâ decesse arbitrabar. Delicior vero tua, noster A. Sopius, ejusmodi fuit, ut ei definere per omnes homines liceret, is jurare cum cœpisset, vox cum defecit in illo loco, si SCIENS FALLO. Quid tibi ego alia narrem? nosti enim reliquos ludos. 4 Quid ne id quidem leporis habuerunt, quod solem mediocres ludi. Apparatus enim spectatio tollebat omnem hilaritatem: quo quidem apparatu non dubito, quin animo æquissimo caueris. Quid enim delectationis habent sexcenti muli in Clytemnetra? aut in equo Trojano craterarum tria milia? aut arniatura varia peditatus, & equitatus in aliqua pagina? quæ popularem admirationem habueunt: delectationem tibi nullam attulissent. Quod situ per eos dies operam

dedisti Protagoni tuo, dummodo isti quidvis potius, quam orationes meas legerit: n̄ tu haud paullo plus, quam quicquam nostrum, delectationis habuisti. Non enim te puto Gracos, aut Olcos ludos desiderasse; præterit s̄ cum Ossos ludos vel in senatu vestro spectare positis: Gracos ita non ames, ut ne ad villam quidem tuam via Græca ire soleas. Nam quid ego te athletas putem desiderare, qui gladiatores contemperis? in quibus ipse Pompejus confitetur, te Sc̄ operam & oleum perdidisse. Reliquæ sunt venationes binæ per dies quinque, magnifica, nem o negat. sed s̄ quæ potest homini esse polito delectatio, cum aut homo imbecillus à valentissima bestia lanatur, aut præclara bestia venabulo transverberatur? quæ tamen, si videnda sunt, s̄ p̄e vidisti: neque nos, qui hæc spectavimus, quidquam novi vidimus. Extremus elefantorum dies fuit: in quo admiratio magna vulgi atque turbæ: 7 delectatio nulla existit, quin etiam misericordia quadam consecuta est, atque opinio ejusmodi, esse quandam illi belus cum genere humano societatem. His ego tamen diebus, ludis scenicis, ne forte videoes tibi non modò beatus, s̄ fed liber omnino fuisse, disrupte me pænè in iudicio Galli Caninii, familiaris tui. Quod si tam facilem populum haberem, quam A. Sopus habuit: libenter mehercule artem definire, tecumque, & cum similibus nostris vivere. Nam me cum antea tñdebat, cum & atas, & ambitio me hortabantur, & libecebat denique, quem nollebam, non defendere: tum vero hoc tempore vita nulla est. 9 Neque enim fructum ullum laboris ex his expecto: & cogor nonnumquam homines non optimè de me meritos, rogatu eorum, qui bene meriti sunt, defendere. Itaque quæro causas omnes a liquido vivendi arbitratu meo: teque, & istam rationem otii tui & laudo vehementer, & probo: quodque nos minus intervisis, hoc fieri animo æquiores, quod, si Romæ esses, tamen neque nos lepro tuo, neque te (si qui est in me) meo sui licet, propter molestissimas occupationes meas: quibus

2. *Tu te dolor aliqui corporis.*] Sic Vicerius, & Vatic. & alibi scriptisim restituimus qui pro quo vulgabatur quia, paulò post ex Pall. duabus ac Gruteriano edendum duxi, cœtumenda esse duxisti: nam vulgo verbum s̄ p̄e desideratur.

2. *Pateficii Sejanum.*] Prima editio, senium: Gruterianus, Med. Pall. senum: & hic præterea ad oram, senium, Pall. alter, seni super eti. dicit Lambinus, & Vaticanus, quod si à libris est, validè probo.

3. *De scena decesse arbitrabar.*] Sic Pall. pr. Vatic. Victorii editio, o. vulgo, decessisti.

4. *Quid ne id quidem leporis habuerint.*] Lambinus obsecratus iudicio Rivi introduxit, quid, quod ne id quidem leporis hab. quanquidem scripturam in nullo nostrorum ostendi. Gulielmus ex conjectura sanandum sumebat hoc modo: quis ne id quidem. Sagacior omnime mihi Rivius.

5. *Cum efore ludis vel in senatu vestro spectare positis.*] Gratus ita non amet.] Racchia in Pall. pr. Vaticano, editione Victorii: p̄st quidem, pro quo

vulgo nonne. Grut. & alter Pall. postrema verò ita concipiunt: Gratus vero ita non amet.

6. *Quæ potest homini esse polita delectatio.*] Ita Victorii editio, & Vaticanus codex: Pall. alter politis, reliqui, ut & primus & Grut. patitur quodammodo à Cicero scriptum esse, decem Manutius juris non accredam.

7. *Delectatis nulla existit.*] Grut. adstitit: Pall. alter extit: us apud Naeronem in Fabula Alcyones, quæ pars admonti absit.

8. *Sed liber omnino fuisse, disrupte me pænè.*] Rectissime sic Pall. duo, Grut. Stev. editio Victorii. Ego quidem hujus lectionis longe aliam sententiam video: quam non potuisse venire in mentem Lambino, de-miro. vulgatum est: Sed ne liber omnino fuisse, disrupte pænè me.

9. *Neque enim fructum ullum laboris ex his expecto.*] Ita Victorius, & Vaticanus codex: Pall. tamen bini Grut. prima editio, quinque Gulielmo super hoc loco consulti: fructum nūnquam laboris ex his p̄fisi, vulgo: la-boris exp̄sisti.

quibus si me relaxaro, (nam ut planè exsolvam, & non postulo: te ipsum qui id multos annos nihil aliud commentaris) docebo profecto, quid sit humaniter vivere. 2 Ta mihi istam imbecillitatem valitudinistu[m] sustenta, & ture, ut facis, ut nostras villas obire, & mecum simul lecula concursare possis. Hæc ad te pluribus verbis scripsi, quam soleo, non oii abundantia, sed amoris erga te, quod me quadam epistola subinvitas, si memoria tenes, ut ad te aliquid hujusmodi scriberem, quo minus te prætermisisti ludo preniteret. Quod si affectus sum gaudio: fin minus, hoc me tamen consolor, quod posthac ad indos venies, nosque vides; neque in epistolis relinques meis spem aliquam delectationistu[m]. Vale.

<sup>q.</sup> ARG. Mandatum Marii sibi cura: Bursa condemnatione gratulatione dignata esse scribit.

M. T. C. M. MARIO S. D.

<sup>2</sup> MANDATVM tuum curabo diligenter. Sed homo acutus, ei mandasti potissimum, cui expediret, illud venire quam plorimo. Sed eo yidisti multum, quod præfinisti, quo ne pluris emeret. Quod si mibi permisisses: qui meus amor in te est: confessum cum coheredibus, nunc, quum tuum pretium novi, & in licitatorum potius ponam, quam illud minoris vaneat, sed de joco fatis est. Tuum negotium agam, sicut debeo, diligenter. De Bursa, te gaudere certe scio, sed nimis verecundè mihi gratularis. Putas enim, ut scribis, proper hominis fordeis, minùs me magnam illam lætitiam putare. Credas mihi velim, magis me judicio hoc, quam morte inimici lætam. Primum enim judicio malo, quam gladio: deinde gloria potios amici, quam calamitate. In primisque me delectavit, tantum studium bonorum in me existuisse contra incredibilem contentionem clarissimi, & potentissimi viri. Postremo, vix verisimile fortasse videatur, oderam multo pejus hunc, quam illum ipsum Clodium. Illum enim op pugnarem: hunc defendoram. Et ille, cum omnis resp. in meo capite discrimen esset habitura, magnum quiddam spectavit: nec sua sponte, sed eorum auxilio, qui me stan te state non poterant: hic simiolus, animi causa, me, in quem invehenerunt, delegerat: perflueratque nonnullis invidis meis, se in me emissarium semper fore. Quam obrem valde jubeo gaudere te, magna res gesta est. numquam ulli fortiores cives fuerint, quam qui ausi sunt cum contra tantas opes ejus, quo ipsi leti justices erant, condonare. Quod fecissent numquam, nisi illi dolori meus fuisset dolor. 4 Nos hic in multitudine, & celebritate iudiciorum, & novis legibus ita distinximus, ut quotidie vota faciamus, ne intercaletur, ut quam primum te videre possumus.

<sup>q.</sup> ARG. Causas exponit, cur post Pharsalicam pugnam à Pompejanis discesserit.

M. CICERO M. MARIO S. D.

<sup>3</sup> PERSATPE mihi cegitanti de communibus miseriis in quibus tot annos verfamur, & (ut video) versabimur, solet in mentem venire illius temporis, quo proximè fui mus unu[m] quin etiam ipsum diem memória teneo. Nam ad 111. Idus majas, Lentulo, & Marcello consulibus, cum in

Pompejanum vesperi venisse, tu mihi sollicito animo præsidè fuisti. Sollicitum autem te habebat cogitatio tum officii, tum etiam peticuli mei. Si manerem in Italia, verebare, ne officio decessem: si proficisceret ad bellum, periculum te meum commovebat. Quo tempore vidisti profecto me quoque ita conturbatum, ut non explicarem, quid esset optimum factu. pudori ratiem malui, famaque cedere, quam salutis meæ rationem ducere. Cujus me mei facti ponituit, non tam propter periculum meum, quam propter vitia multa, qua ibi ostendi, quod veneram. Primum neque magnas copias, neque bellicosas: deinde, exira dum, paucosque præterea, (de principibus loquor) reliqui primum in ipso bello rapaces: deinde in oratione ita crudelis, ut ipsam victoriam horret: maximam autem & alienum amplissimum virorum. Quid quæstis? nihil boni, præter caudam. Quæ cum vidissim: desperans victoriam, primum ceipi suadere pacem, cuius fuerat semper auctio: deinde, cum ab ea sententia Pompejus valde abhorret, suadere institui, ut bellum duceret. Hoc interdum probabat, & in ea sententia videbatur fore, & fuisse fortasse, nisi quadam ex puga copiæs suis militibus confidere. Ex eo tempore vir ille summus, nullus imperator fuit. Signa tironis & collectio exercitu cum legionibus robustissimis contulit. vix turpissime, amissis etiam castris, solus fugit. Hunc ego belli mihi finem feci: nec putavi, cum integræ pares non fuissemus, fractos superiores fore. Discelli ab eo bello, in quo aut in acie cadendum fuit, aut in alias insidias incidentum, aut deveniendum in victoris manus, aut ad Jubam configendum, aut capiendus tanquam exilio locus, aut cõscienda mors voluntaria. Cenè nihil fuit præterea, si te victor nolles, aut non auderes committere. Ex omnibus autem iis, que dixi, incommode, nihil tolerabilius exsilio, præsentim innocentis: ubi nulla adjuncta est turpitude: addo etiam, cum ea urbe carreas, in qua nihil sit, quod videre possis sine dolore. Ego cum meis, (si quidquam nunc cujusquam est) etiam in meis esse malui. Quæ accidentur, omnia dixi futura. Veni domum, non quo optima vivendi conditio esset: sed tamen, si esset aliqua forma reip. tanquam in patria ut essem: si nulla, tanquam in exsilio. Mortem mihi cur conscientem, causa nulla vita est: cur optarem, multæ cause. Vetus est enim, VRI NON SIS QVI FVBRIS, NON BSSM cur velis vivere. Sed tamen vacare culpa, magnum est solatum, præsentim cum habeam duas res, quibus me sustinem: optimarum artium scientiam, & maximam rerum gloriam: quatum altera mihi vivo numquam exipuerat; altera ne mortuo quidem. Hæc ad te scripsi verboſius, & tibi moleſtus fui, quod te cum mei, tum reipub. cognovi amantissimum. Notum tibi omne meum consilium esse volunt, ut primùm scires, me numquam voluisse plus quamquam posse, quam universam tempub. Postea autem, quam alicuius culpa tantum valeret unus, ut obscuri non posset, me voluisse pacem, amissio exercitu, & co duce, in quo spes fuerat uno, & me voluisse etiam, reliquis omnibus postquam non potueram, mihi ipse finem fecisse bellum: nunc autem, si haec civitas est, civem esse me: si non, exelem

Aaa - 3

esse

1. Non possum: si ipsum qui id multos annos nihil aliud commentariis docet. Accepit hanc lectiōnem ex editione Victorii & cod. Vaticanano, ut post rectissimam & eleganciam, & expositam. Pall. duo Grut. tres Gulielm. & si ipsum quidem, quod multos annos, &c. ceterum primus, ac Geut. commentator. Pall. alter commentator, à manu secunda. vulgatum est: (non postulo) ipsorum quidem quoniam multos, &c.

2. Tunc ipsam imbecillitatem valeret in ea sufficiat. Sic melius ex Gruteriano & Scov., nam Pall. cert. ac volgo: Tunc dñs, &c. Paullo post statim edidi: & mecum finaliter cœperam: cœperam: cum volgo exdixi cœperam: ex Pall. dubius Grut. editione Victorii ac omnium antiquissima Venet. Pall. (ames altera habilitat talen lectiōnem: & mecum agere simus tēl'cula cœperam).

3. In licitatorum passus possum. Sic Pall. præterea editio Victorii alter vero: in licitatorum passus possum. Gruterianus, in licitacionem passus possum: sicut & editio præfca. Editum est: licitatorum passus apparet.

4. Non hic in multitudine & celebritate iudiciorum. Ita emendavie & edidit Victorius, affestinat Vaticanus. Vulgo in omittitur. ceterum frivola est Lambini emendatio cœbrisante, in quam vel cordatores deponunt, vel pueri ipsi mecent.

5. Si esset aliqua firma reip. Sic Victorii editio, cui accedit item antiquissima, Pall. duo Grut. vulgo, fuisse. paullo post eidem, omnes libri: europarem, multa causa, vulgo abest causa; & meo animo absens rectius. sed ad idem libros & ipsius Ciceronem in ordinem redigamus, quod non scripsit interdum & volumus?

6. Ad vulgo etiam, reliqua causibus postquam non potueram, mihi ipse non fecisse bellum. Hæc vera ac recta sit distinctio lectioque hujus loci. Lamb. cum Manilio edidit distinguendum atque interpongendum, ne vulgo etiam reliqua marbit; postquam non potueram, mihi, &c. quæ rotam sententie elegantiam pertinet vel puer videtur, ceterum ipse non iſſingerant o. inst. editiones, præfca ac Victorii.

z. Us

est non incommode loco, quām si Rhodum, aut Mytilenā contulisset. Hactecum corā malueram: sed quia longius siebat, volui per litteras eadē: ut haberes quid diceres, si quando in vituperatores meos incidisses. Sunt enim, qui, cū meus interitus nihil fuerit reip. profuturus, criminis loco putent esse quōd vivam. Quibus ego certō scio non videri satis multos perisse: qui si me audirent, quamvis iniqua pace, honestē tamen viverent. At nis̄ enim inferiores, non causa fuissent. Habes epistolam verbosiorē fortasse, quām velles: quod tibi ita videri putabo, nisi mihi longiore remiseris. Ego, si quā volo, expediero, brevi tempore, ut spero, videbo.

*G. ARG. Primum Matum de advenu suo in Pompejānum.*

M. T. C. M. MARIO S. D.

*A*d ix. Kal. in Cumanum veni cum Libone tuo, vel nostro potius, in Pompejanum italim cogito. Sed faciam antē te certiorem. Te cū semper valere cupio, tum certe, dum hic sumus. Vides enim, quanto post uā futurū simus. Quare si quod constitutum cum podagra habes, fac ut in alium diem differas. Cura igitur, ut valeas: & me hoc biduo, aut triduo exspecta.

*G. ARG. Commendat Trebatium Cesari.*

CICERO CAESARI IMPER. S. D.

*V*ide, quām mihi persuaserim, te me esse alterum, non modō in his rebus, quā ad me ipsum, sed etiam in iis, quā ad meos pertinent. C. Trebatium cogitaram, quocumque extrem, mecum ducere, ut eum meis omnibus studiis, beneficiis quām ornatissimum, domum reducerem. Sed postea quām & Pompeji commoratio diutinior erat, quām putaram: & mea quādam tibi non ignota dubitatio, aut impeditio profectionem meam videbatur, aut certe tardare, aut vide, quid mihi sumserim. Cœpivelle, ea Trebatium exspectare a te, quā sperasset a me. Neque me hercule minus ei prolixē de tua voluntate promisi, quām etiam solitus de mea polliceti. Casus vero mirificus quidam intervenit, quāli vel testis opinionis mea, vel sponsor humanitatis tua. Nam cū de hoc ipso Trebatio cum Balbo nostro loquerer accuratiū domi mea, littera mihi dantur a te: quibus in extremis scriptum erat, 3 M. ORFIVM, QVEM MIHI COMMENDAS, VEL REGEM GALLIAE FACIAM, 4 VEL HVNC LEPTAE DELEGA. SI VIS TV, AD ME ALIVM MITTE QVEM ORNEM. Suffulimus manus & ego, & Balbus. tanta fuit opportunitas, ut illud necipio quod non forruitum, sed divinum videretur. Mittó igitur ad te Trebatium, atque ita mittō, ut initio mea sponte, post autem invitata tuo mittendū duxerim. Hunc, mi Caesar, sic velim omni tua comitate complectare, ut omnia, quā per me possis adduci, ut in meos conferre velis, in unum hunc conferas: de quo tibi

1. Ut cum meis omnibus studiis, beneficie quām ora. ] Sic Gruterianus & Victorii editio ex Medicario codice: ita ut non displiceat Vaticano: ne etiam mei studiis, beneficie quām ora, vulgo: mei communibus studiis & beneficiis, &c.

2. Vide quid mihi sumserim. ] Gruterianus, quid mihi viderim sump. quid si legamus, quid mihi iuterim sump. Paullo post retinu vulgarum lectionem stabilimat à Medic. Pal. pr. editione Victorii: que sperasset a me, cum præferant prima editio, Pal. alter Grut. Gulicemiani quatuor, quæ expellat.

3. M. OFIUM TV. ] Sic edidit Victorius, sic quoque est in Vaticano. Pal. pr. M. Ifium, sec. 2dum. Gruter. Ifium, vulgo, M. Furium: alli, ut præcita editio, M. Rufum.

4. VEL HVNC LEPTAE DELEGA. ] Sic quoque editio præcita Vickeris Pal. pr. Grut. Vaticano. Stevach. Peck. vulgo, vel Lepta Legatum. Lamb. Elegatio. Liber Politiani. Delegatum, quibus omnibus nihil opus est ad nostram.

5. Prudentiorem effugimini. ] Hanc lectionem ex v. c. orz primæ editionis commisit Egnatius, conspiciturque in Pal. pr. libro aurum contra non caro ac probato, Vatic. receptum denique Lambinus. vulgo, prudentiorem.

6. Familiam duci in ure civili. ] Sic Victorii editio, Pal. alter ac Vatic. nam unica littera dispensa peccant Pal. pr. Grut. prima editio: familiā inducit. vulgariter inepitissime: quod familiaritatem inducitur in ure civili singulariter meminit, familiā scilicet.

homine hæc spondeo non illo vertere verbo meo, quod cū ad te de Milone scripsisse, jure lufisti: sed mōte Rōmano, quo modo homines non inepti loquuntur: probiorū hominem, meliorem virum, & prudentiorem est neminem. Accedit etiam, quod & familiam ducit in ure civili: singularis memoria, summa scientia. Huic ego neque tribunatum, neque praefecturam, neque ullius beneficiū certum nomen peto: benivolentiam tuam & liberalitatem peto: neque impedio, quo minus, si tibi ita placuerit, etiam hisce eum ornæ glorioæ insignibus. totum denique hominem tibi ita tradō de manu (ut aijunt) in manum tuam istam, & vitoria & fide præstantem & Simus enī putidiuclū, quām perte vix licet: verum, ut video, licet. Cura, ut valeas, & me, ut amas, ama.

*G. ARG. Monet Trebatium ut urbū desiderium deponat: suā quā res, suāq. incipit perficiat.*

CICERO TREBATIO, S. D.

In omnibus meis epistolis, quas ad Cæarem, aut ad Balbum mitto, legitima quādam est accessio commendationis tua, nec ea vulgaris, sed cum aliquo insigni indicio mea erga te benivolentia. Tu modō ineptias istas, & desideria urbis, & urbanitatis deponit: & quo consilio profectus es, id assiduitate & virtute consequere. Hoc tibi tam ignoramus nos amici, quām ignoverunt Medea, & qua Corinthum arcem altam habebant matrone opulentia, optimates: quibus illa manibus gypfatisimis persuasit, ne sibi virtus illa verteret, quōd abset a patria. NAM MYLITI SVAM REM BENE GESSERE, & publicam, patria procul. Multi, qui domi assentient, propterea suis improbat. Quo in numero tu certe fuisse, nisi te extrussemus. Sed plura scribemus alias. Tu, qui ceteris cavere didicisti, in Britannia ne ab esedariis deciparis, cavero: & quum Medeam agere coepi, illud semper memento, „QVI IPSE SIBI sapiens prodeſſe non quis, nequidquam sapit. Cura ut valeas.

*G. ARG. Monet ut assiduum operam naves Cesari.*

CICERO TREBATIO.

Go te scire cupio. Spem maximam habeo in Balbo: ad quen de te diligentissimè & sapissimè scribo. Illud soleo mirari, non me toties accipere tuas litteras, quoties & Q. mihi fratre afferantur. In Britannia nihil esse audio neque auri, neque argenti. Id si ita est, io effidū aliquod suadeo capias, & ad nos quam primum recursas. Sin autem sine Britannia tamen aesse, quod volumus, possimus; perfice ut sis in familia tibus Cæsar, multum te in eo frater adjuvabit meus, multum Balbus: sed mihi crede, tuus pudor, & labor plurimum. Imperatorem liberalissimum, atatem opportunissimum, commendationem certè singularem habes: ut tibi unum timendum sit, ne ipse tibi deſuſie videare.

*G. ARG.*

7. Simus enī prædictis. ] Mihī hæc placuit codicis Vaticani scriptura: quam gaudeo quoque probat Victoria & receptum vulgo, sumus, ceterum alii Bladifusci, alii Impudentiſci, utriusq. glossa decepti.

8. Qua Corinthum, arcem altam habebant. ] Sic meliores editiones omnes ac misi, alii tamen Coriath, editum tamen est. Crischi, paullo post, ad manus gypfatisimis rocurat vir doctus ad editionem principem talem glossam: id est, fugitiva, improbabili. Gypfatisimis de cœtafa venalit. Talis & Medea fugitiva erat patris & patris proditrix, quod ex Politiani codice illud verbi exscripta. Iohannes Iacacius Pontanensis, Victorii editio ac Pal. primus scribunt rysfatisimis. Pal. alter ad marginem cisarissimis.

9. Q. mihi fratre afferantur. ] Sic transponit Pal. pr. Grut. editio prima ceterum afferantur Palat. sec. Vatic. Victorii editio. Pal. vero pr. afferantur, vulgo: & Quinto fratre mihi afferantur. Pal. alter frater meo afferat, quod primo propulsi.

10. Effidū aliquod suades capias. ] Ita habet editio Victoria, Pall. duo, vulgo nimis importuné, rapia. paullo post ex Pall. doobus, Gruteriana, editione Victoria ac Vaticano editis afferat quod relatum delecto, tō id, quod vulgo male h̄c uberat: sic tō cum paullo post, ideo & ibidem auctoribus omnibus, libris nostris scripti dulcioris ita refracta adiutoria, cīna Pal. alter tamen sufficit novam planę lectionem; Multa se adquirat in cœtafa memis.

8. Qu. am

**G**. ARG. Reprehendit Trebatum, quia delatum à Cesare tributatum recipiaverat.

## CICERO TREBATIO.

**S**CRIPSIT ad me Cesari perhumaniter nondum te sibi satis esse familiarem propter occupationes suas, sed certe fore: cui quidem ego scripsi, et quam mihi gratum esset futurum, si quam plurimum in te studii, officii, liberalitatis tuis contulisses. Sed ex tuis litteris cognovi prepropterea quandam festinationem tuam, & simul sum admiratus, cur tribunatus commoda, demto praesertim labore militiz, contemseris. Querar cum Vacerra, & Manilio: nam Cornelio nihil audeo dicere, cuius tu periculo frustus es, quam te ab eo sapere didicisse prosteris. Quin tu urges istam occasionem, & facultatem, qua melior numquam reperieris? Quod scribis de illo Feciano jure consulatu, ego te ei non desino commendare: scribit enim ipse mihi, te fibi gratias agere debere. De eo quid sit, cura, ut sciam. Ego veritas litteras Britannicas exspecto. Vale.

**G**. ARG. Litterarum officium à Trebatio requirit. Monet ne redditum in urbem prepropre cipias.

## MARCUS CICERO TREBATIO.

**T**A M D TU ignoro, quid agas nihil enim scribis: neque ego ad te his duobus mensibus scripsoram: quia cum Q. fratre meo non eras, quod mitterem, aut cui dare, nesciebam. Cupio scire quid agas, & ubi sis hiematus. Equidem velim cum Cesare: & sed ad eum propter ejus<sup>1</sup> nihil sum ausus scribere. ad Balbum tamen scripsi. Tu deesse tibi noli. serius posui ad nos, dum plenior. Quod hac propterea, nihil est, & praesertim Battara mortuo, sed tibi consilium non deest. Quid constitueris, cupio scire. Cn. Octavius an Cn. Cornelius quidem tuus familiaris, summo genere natus, terra filius, is me, quia scit tuum familiarem, esse, crebro ad cenam invitat, adhuc non potuit perducere: sed mihi tamen gratum est. Vale.

**G**. ARG. Objicit per omnia Trebatio ambitionem, justitiam, iacunditatem. Petet, quid proferent littera ad Cesarem de eo diligenter prescripsa.

## MARCUS CICERO S. D. TREBATIO.

**L**EGI tuas litteras: ex quibus intellexi, te Cesari nostro valde jureconsultum videri. Est quod gaudeas, te in ista loca venisse, & ubi aliquid sapere viderere. Quod si in Britanniam quoque profectus es: profecto nemo in illa tanta insula peritor te fuisse. Verumtamen (rideamus, liceat: sum enim à te invitatus) subin video tibi, ultra te etiam accessum ab eo, ad quem ceteri, non propter superbiam ejus, sed propter occupationem aspirare non possunt. Sed tu in ista epistola nihil mihi scripsisti de tuis rebus: quia mehercule mihi non minori cura sunt, quam mea. Valde metuo, ne frigetas in hibernis. quamobrem cammino luceolento utendum cento. Idem Mucio, & Manilio placebat, praesertim qui ligis non abundares: quamquam vos nunc illuc satis calore audio, quo quidem nuntio valde mehercule de te timueram. Sed tu in re milita i multo es cautor, quam in adovationibus: qui neque in Oceano natare volueris, studiostissimus homo natandi, neque spectare essedarios: & quem ante ne Andabatam qui-

dem defraudare poteramus. Sed jam satis jocati sumus. Ego de te ad Cesarem quād diligenter scriplerim, tunc scis: quād sape, ego. Sed mehercule jam intermissem, ne videret liberalissimi hominis, meique amantissimi voluntatis eiga me diffidere. Sed tamen his litteris, quas proximè dedi, putavi esse hominem commonendum id feci. quid proferem, facias me velim certiore: & simul de toto flatu tuo, consilique omnibus. Scire enim cupio quid agas, quid exspectes, quād longum istum tuum discessum à nobis futurum putas. Sic enim tibi persuades veium, unum mihi esse solatum, quare facilis possim pati te esse fine nobis, si tibi esse id emolumento sciam. Sin autem id non est: nihil dubius nobis est fluitus: me, qui te non Romam attraham: te, qui non huc advoles. Una mehercule nostra vel severa, vel jocosa congressio, pluris erit, quād non modò hostes, sed etiam fratres nostri Hædi. Quare omnibus de rebus, fac ut quād primum sciam, aut consolando, aut consilio, aut re juvere.

**G**. ARG. Jocatur: mones ut apud Cesarem maneat: sin minus Romanam redat.

## CICERO TREBATIO S. D.

**N**ISI ante Roma profectus es, nunc eam certè relinqueres, quis enim tot interregnis jureconsultum desiderat? Ego omnibus, unde petitur, hoc consilii dedecrim, ut singulis interregibus binas adovationes postulent. Sacrifici tibi video ab te jus civile didicisse? Sed heus tu, quid agis? ecquid fit? video enim, te jam jocari per litteras. Hac signa meliora sunt, quād in meo Tusculano. Sed quid sit, scire cupio. Consuli quidem te à Cesare scribis: sed ego tibi ab illo consuli malem: quod si aut fit, aut futurum putas: perfer istam militiam, & permane. Ego enim desiderium tui, spe tuorum commodorum consolabor. Sin autem ista sunt inaniora: recipie te ad nos. Nam aut erit hic aliquid aliquando: aut, si minus, una mehercule collocatio nostra, plus erit, quam omnes Samo-brivæ. Denique, si citio te retuleris: sermo nullus erit. si diutius frustra absueris: non modò Laberium, sed etiam sodalem nostrum Valerium pertimesco. Mira enim persona induci potest Britannici jureconsulti. Hac ego non rideo, quamvis tu rideas: sed de re severissima tecum, ut foleo, jocor. Romoto joco, tibi hoc amicissimo animo præcipio, ut sacrificia mea commendatione tuam dignitatem obtinebis, perfreras nostri desiderium: honestatem, & facultates tuas augreas. Sin autem ista frigebunt, recipias te ad nos. Omnia tamen, quæ vis, & tua virtute profecto, & nostro summo erga te studio consequerè.

**G**. ARG. Diffiniet Epuri sellam Trebatio, praesertim Iurisconsulto.

## CICERO TREBATIO.

**M**IRABAR, quid esset, quod tu mihi litteras mitteres<sup>2</sup> intermissiles. Indicavit mihi Panfa meus, Epicureum te esse factum. O casta præclaræ! quid tu fecies, si te Tarentum, & non Samo-brivam misissim? Jam tunc mihi non placebas, cum idem intubaret, quod & Titus familiaris meus. Sed quonam modo jus civile defendes, cum omnia tua causa facias, non ciuium? Ubi portò illa, erit formula fiduciae, vt INTER BONOS BENE AGIER

Aaa 4

OPORTET<sup>3</sup>

1. Quam mihi gratum esset futurum.] Pal. alter. Stev. vob. solemniter correffit: unde tamen vult Guliel. per quam mihi gratum esset futurum. Ego nolim quicquam mutari.

2. Sed adhuc propter ejus<sup>4</sup> nihil scripsi ne scriberem. ] Indicio Victoriae & hunc lecum aterfice notav. quia sic synagogam eum reperi in laudissimo Pal. pr. & Gruteriano. Pal. alter. ne conceperit: sed ad eum propter rebus aliis non scriberem. Guliel. eadem affectabat medicinam: sed ad eas propter mihi sum am. scriberem. V. Octavius ramus non absurdum conjectura invenit, & propter eum latum.

3. Praesertim Battara mortua.] Sic Pal. pr. editio Victoriae, Pall. alter. Grut. Scavvcl. & alius Gulielmo abusus codate, Battara, ms. Politian. Battara, vulgo Vacerra. paullo post, ex Pal. doobas, Gruteriano, editio: prima edidi. Cn. Ollerino au Co. Cennelius quidem tuus familiaris.

Victoriæ unico verbulo, et post Battaræ antior est in nostris *Opere*, vulgi absunt ex Cennelius quidem.

4. Vbi aliquid sapere videbas?] Grut. videt, unde legendum forsan quicdam dicitur est in Pal. altero videtur, paullo post legione duo Pall. Grut. alter estiam acc. millo proposito ibi.

5. Quem ante ne Andabatam quidem defraudare pateremus.] Sic est in Pall. omnibus, editio neque Victoria. Grut. ramen Andabatam, unde forsan legendum, Andabatam: quos dicas: nolius adesse sp. Etiamq; essedarios, quem novimus adeo cupidus fuisse spectandi Andabatam, ut nulla ratione interverttere atque avertere ab coramdem spectaculo poterimus, verum hoc quoque modo citat Lipsius lib. II. Summar. sermonum cap. 12.

**O**PORTET? 1. *Quis enim est, qui facit nihil, nisi sua causa?* Quod ius statuē communī dividūndo, cum commune nihil possit esse apud eos, qui omnia voluntate sua metiuntur? *Quomodo autem tibi placebit, Jovem lapidem jurare, cum scias, Jovem iratum esse nemini posse?* Quid porto fieri populo Ulubrano, si tu statueris, *non oportet?* Quare si planè à nobis deficit, moleste fero: *si Panis afferenti commodum est, ignosc;* *z modo scribe aliquando ad nos, quid agas:* & à nobis quid fieri, aut curari velis.

*G. ARG. Intermisionis litterarum causam exponit, & inde occasione arripit liberius sonans.*

### M. T. C. S. D. TREBATIO.

**A** DEONI me injustum esse existimasti, ut tibi irascere, quod parum mihi constans, & nimium cupidus decedendi videbere, ob eamque causam me arbitrarere litteras ad te jaundis non miseric? Mihi perturbatio animi tui, quam primis litteris perspiciebam, molestiam attulit. Neque alia ulla fuit 3 causa intermissionis epistolarum, nisi quod, ubi es, planè nesciebam. Hic tu me eriam insulam, nec satisfactionem meam accipis. Audi, Testa mi, Utrum superbiorem te pecunia facit, an quod te imperator consulit? Monar, ni, que tua gloria est, puto te male à Cesare confuli, quam inaurari. Si vero utrumque est: quis te feret, prater me, qui omnia ferre possum? Sed, ut ad rem redeam, te istuc invitum non esse, vehementer gaudeo: & ut illud erat molestum, sic hoc est jucundum. Tantum metuo, ne artificium tuum tibi parum prospicit. Nam ita audio istuc.

*Nm ex iure manu consertum, sed magno ferro  
Rex repous.*

Et tu toles ad vim faciundam adhiberi? neque est, quod illum exceptionem in interdicto pertimescas: 4. **QUOD TU PRIOR VI, HOMINIBUS ARMATIS NON VENERIS.** Scio enim, te non esse procacem in laceslendo. Sed, ut ego quoque te aliquod admoneam de vestris cautionibus: Treviro vites censeo, audio capitaleis esse, malleum auro, etc, argento, essent. Sed alias jocabimur. Tu ad me de ipsis rebus omnibus scribas velim quam diligentissime. Vale. Ad IIII. Non. Mart.

*G. ARG. Icosi reprehendit Trebatum, qui nullas Litteras miseras.*

### CICERO TREBATIO.

**C**HRYSIPPUS Vertius, Cyri architecti libertus, fecit, ut te non in amorem putarem mei, salutem enim verbis tuis mihi nuntiat. Valde jam lautes es, qui grave litteras ad medare, homini praesertim prope domestico. Quod si scribere oblitus es: minus multi jam, te advoco, causa cadent, fini nostri oblitus es: dabo operam, ut istuc veniam ante, quam planè ex animo tuo effluo; fini aetiorum timor te debilitat: aliquid ex cogita, ut fecisti de Britannia. Illud quidem perlibenter audiui ex codem Chrysippo, te esse Cesari familiarem. Sed meher-

1. *Quis enim est, qui facit nihil nisi sua causa?* Ita verba ita concepta fuerunt, quod in priori cum hominibus armatis veneru. prima editio saceram lectionem feret exhibet, si modo pro emendes vi.

2. *Meda scribe aliquando.* Ita Pal. pr. Grut. Vict. editio, & omnium antiquissima scribunt, vulgo scribas. Sicut & illud succinctius, à nobis quid fieri aut curari velizcum edatur, ansio quid agisquid fieri aut curari delia. Stev. quoque illa dux non necessaria vocabula spernit.

3. *Causa intermissionis epistolarum.* Litteratrum alias, sed hoc est ex Pal. Grut. Vict. statim post, transpositi verba, ex Palat. finam primum tamam, & Gruterianum perlequi decrevi, ex temporis angustia, cum quis ceteri in rebus bonis feret concurrunt & Vict. editione; Tisam: licet pastim feratur, mihi tisa.

4. **QUOD TU PRIOR VI, HOMINIBUS ARMATIS NON VENERIS.** Ut Med ita quoque Pal. concepit, neque magnopere titubat Grut. tam omnia pro hominibus referens. Vatic, hinc omnia ita transformat rem reperire, & in foli ad vim faciundam adhibet: neque ita quod in priori dominibus armatis. Mihi quoque intercavita vulgo verbal pro commendo ac gloriositate obolefunt, quod auger suspicione, quod neque in Grut. editione prima in conspectu sit. Alias cetera sic circum-

cule mallem, id quod erat æquius, de tuis rebus ex tuis literis quam sapientissime cognoscere. Quod certe ita fieret, si tu maluisses benivolentia, quam litium iusta perdire. Sed haec jocati sumus, & tuo more, & non nihil etiam nostro. Te valde amamus, nosque à te amari cum volumus, tum eriam confidimus.

*G. ARG. Trebatum cupit presentem esse. Gratulatur de Mari familiaritatet.*

### CICERO TREBATIO.

**Q**UA M sint morosi qui amant, vel ex hoc intelligi potest molestie cerebam anteā, te invitum istuc esse; pungit me rursus, quod scribis esse te istuc libenter. neque enim mea commendatione te non delectari faciat pauebar; & nunc angor, quidquam tibi sine me esse jucundum. Sed hoc tamen malo ferre nos desiderium, quam te non ea, quæ spero, consequi. Quum vero in C. Matii, suavissimi, doctissimumque hominis familiaritatem venissi, non dici potest quam validi gaudeam: qui fac ut te quam maxime diligat. mihi crede, nihil ex ita provincia potes, quod jucundius sit, deportare. Cura, ut valeas.

*G. ARG. De sapientia Trebatii in bello vitando. De Octavio. Dilectus Trebatii inquirit. De divinita. De superbia ejusdem jocantur.*

### M. T. C. S. D. TREBATIO.

**I**N equo Trojano scis esse in extremo, SERO SAPIUNT. Tu tamen, 5 mi vetule, non sero, primas, illas rufiolulas sat fatuas dedisti: deinde, quod in Britannia non nimis φιλοθεογορ te præbuit, planè non reprehendo. 6 nunc vero in hibernis injectus mihi videris. itaque te commovere non curas. Usquequaque sapere oportet, id erit telum aceratum. Ego si foris cenitatem, Cn. Octavio, familiari suo, non defuilem, cui tamen dixi, cum me aliquoties inviteret: Oro te, quis tu es? Sed mehercules, extra jocum, homo bellus est, vellem eum tecum adduxisses. Quid agatis, & ecquid in Italiam venturi sitis hac hieme, fac planè sciām. Balbus mihi confirmavit, te divitem futurum. id utrum Romano more locutus sit, bene nummatum te futurum, an, quomodo Stoici dicunt, OMNIES SE DIVITES, QUI CARLO, & terra frui possint, postea videro. Qui istuc veniunt, superbiam tuam accusant, quod negent te percutantibus reprobare. sed tamen est quod gaudeas, constat enim inter omnes, neminem te uno Samarobriva juris periclitare esse.

*G. ARG. Gratulatus Trebatio deinde desiderio deposito, cumque colorturatus Cesari amicitiam plurimi faciat.*

### CICERO TREBATIO S. D.

**E**x tuis litteris, & Quinto fratri gratias egi, & te ali quando collaudare possum, quod jam videris certa aliqua in sententia constitisse. Nam primorum mensium litteris tuis vehementer commovebar, quod mihi interdum (pace tua dixerim) levis in urbis, urbanitatisque desiderio, interdum piger, interdum timidus in labore militari, saepe autem etiam, & quod à re alienissimum, & subim-

fuerunt, quod in priori cum hominibus armatis veneru. prima editio saceram lectionem feret exhibet, si modo pro emendes vi.

5. *Meda reuine, non sero:* primas illas rufiolulas. Si habetur in Pal. Grut. editione principi, ac Victorii: Alii βαζηνας intridunt, vulgo primas illas reb.

6. *Xane* vero in hibernis injectus mihi videris. Ita est in Pal. primo. Gr. editione prima, & Victorii. Lamb. quod in unico miss. reperitur namque fecerat in auxo vero potius *vulgo*; quasi difficult fuisse, quod aliante me viderent extricare in seculi; Gulielm. tamen conjectat in litteris.

7. *Quid à te alienissimum & sublimpidus videtur?* Revocavi hanc lectionem ex Pall. o. Gruteriano, editione primacyrus acimonian facile tenerit, cum sagaciores nates, neque enim possum me in explicaciones undantes effundere, quod forsitan plerique querent ac quererentur. Vulgo interpolatio est editum, quod à te alienissimum est sublimpidus vid. Paullo post scripsi, Alexandria, auctoritate Vaticanæ & editionis Victoriana, vulgo Alexandrian. Ad rem quod attinet, signat decoctionem Peclonii Regis cum Rab. nro Postumo & aliis creditoribus. Incepit ergo Lamb. *Alixian* introduxit.

subimpudens videbase. tamquam enim syngrapham ad imperatorem, non epitolam attulisses, sic pecunia ablata domum redire properabas; nec tibi in mentem veniebat, eos ipsos, qui cum syngraphis venissent Alexandream, nummum adhuc nullum auferre potuisse. Ego, si mei commodi rationem ducerem, te maxime esse maximè vellem. non enim mediocri officie vel voluptate ex consuetudine nostra, vel utilitate ex consilio, atque opera tua. Sed cum te ex adolescentia tua in amicitiam, & fidem meam contulisses: semper te non modo tuendum mihi, sed etiam augendum, atque ornandum putavi. Itaque quod opinatus sum, me in provinciam exiturum, quæ ad te ultro attulerim, meminisse te credo, postea quām mea mutata ratio est, cum viderem, me à Cæsare honorificentissimè tractari, & unicè diligere, hominisque liberalitatem incredibilem, & singulariæ fidem nostram; sic ei te commendavi, & tradidi, ut gravissimè, diligentissimeque potui. Quod ille ita & accepit, & mihi iæp litteris significavit: & tibi & verbis, & re ostendit, mea commendatione sepe valde esse commotum. Hunc tu virum naclus, si me aut sapere aliquid, aut velle tua causa putas, ne dimiseris: & si qua forrè res aliquando offendit, cum ille aut occupatione, aut difficultate tardior tibi erit vi- fuis, perfeto, & ultima expectato: quæ ego tibi & jucunda, & honesta præstabo. Pluribus te hortari non debeo. tantum debo, neque amicitia confirmanda clarissimæ, ac liberalissimi viri, neque uberioris provinciæ, neque ætatis magis idoneum tempus si hoc amiferis, te esse ullum umquam reperturum. Hoc, quemadmodum vos scribere folletis in vestris libris, idem Q. Cornelio videbatur. In Britanniam te profectum non esse gaudeo, quod & labore caruisti, & ego te de rebus illis non audiam. Ubi sis hibernaturus, & qua spe, aut conditione, prescribas ad me velim. Vale.

*T. ARG. Laudat Trebatii sententiam de militia. jacatur in eius pars propositam, quia scripsit in palimpsesto.*

#### CICERO TREBATIO, S. D.

<sup>18</sup> A ccepit à te aliquot epistolæ uno tempore, quas tu diversis temporibus dederas: in quibus me cetera delectarunt. Significabant enim, te istam militiam jam firmo animo ferre, & esse fortem virum & constantem. Quæ ego paulisper in te ita desideravi, non imbecillitate animi tui, sed magis ut desiderio nostri te situare putarem. Quare perge, ut coepisti: forti animo istam tolera militiam. Multa, mihi crede, assequere. ego enim renovabo commendationem: sed tempore. Sic habeto, non tibi majori esse cura, ut ite tuus à me 3 dilectissimus quām fructuissimus tibi sit, quām mihi. Itaque, quando vestrae cautiones infirmæ sunt, Graculam tibi misericoriam diographi mei. Tu me velim de ratione Galli bellum certiores facias. ego enim ignavissimo cuique maximum fidem habeo. Sed, ut ad epistolæ tuas redeam, cetera bellè: illud miror. quis solet eodem exemplo plurius dare, qui sua manu scribit? Nam quod in palim-

pesto, laudo equidem parsimoniam: sed miror, & quid illa chartula fuerit, quod delere malueris, quām hac scribere: nisi forte tuas formulas. Non enim puto te meas epistolæ delere, ut reponas tuas. An hoc significas, nihil fieri? frigerere? ne chartam quidem tibi iuppeditare? Jam ista tua culpa est, qui verecundiam tecum extuleris, & non hic nobiscum reliqueris. Ego te Balbo, cum ad vos proficietur, more Rom. commendabo. Tu, si intervallum longius erit mearum litterarum, ne sis admiratus, eram enim absfuturus mense Aprili. Has litteras scripsi in Pompitino, cum s̄ ad villam Metellii Philemenis devertim: ex quo jam audieram fremitum clientium meorum, quos quidem tu mihi conciliasti. Nam Ulubris hennoris mei causa vim maximam ranunculorum se commosse confabat. Cura ut valeas. vi. Idus April. de Pompitino.

EPISTOLAM tuam, quam accepi ab L. Arruntio, consideri innocentem, nihil enim habebat, quod non vel in concione rectè legi posset. Sed & Arruntius ita te mandasse ajebat, & tu adscriperas. Verum illud esto, nihil te ad me postea scripsisse demitor, prælettum tam novis tebus.

*T. ARG. De topicis, à se, Trebatio inscriptus.*

#### CICERO TREBATIO, S.

V IDU, quanti apud me sis: et si jure id quidem. non enim te amore vincio. Verumtamen quod præsentis tibi propè subnegarem, non tribuerem certe, id abienti debere non potui. Itaque, ut primum Velia navigare coepi, initio & Topica Aristotelea conscriri, ab ipsa urbe commonitus, amantissime tui. Eum librum tibi misi Rhegio, scriptum, quām plenissimè res illa scribi potuit. Si tibi quādam videbuntur obscuriora: cogitare debebis, NULLE ARTEM litteris sine interprete, & sine aliqua exercitatione percipi posse. Non longe abieris, num jus civile vel strum ex libris cognosci potest? qui quamquam plurimi sunt, & doctorem tamen, unumque desiderant. Quamquam tu si attinet leges, si sapius, per te omnia consequere, ut certè intelligas. ut vero etiam ipsi tibi loci proposita quæsiōne occurrant, exercitatione consequere, in qua quicquid nos te continebimus, si & salvi redierimus, & iusta ista offendierimus. V. Kal. Sexti. Rhegio.

*T. ARG. De amore Velienum erga Trebatium. Horatius ne paternas possessiones vendat. De Nicom. libro.*

#### CICERO TREBATIO. S. D.

A MABILIOR mihi Velia fuit, quod te ab ea sensi amabo. Sed quid ego dicam te, quem quis non amat? Rufo, medius fidius, tuus ita desiderabatur, ut si esset unus e nobis. Sed ego te non reprehendo, qui illum ad adificationem tuam traduxeris. Quamquam enim Velia non est vilius, quam Lupercal, tamen isthuc malo, quām hac omnina. Tu, si me audies, quem soles, has paternas possessiones

Aaa 5 nes

1. Et tibi ex verba, & ex scriptis. 2. Ita eleganter Vat. & Vick. editio, vulgo secundum ordinem & negligitur, paulo statim ex Vatic. ac Vick. scripto. & quæ te fuisse te aliqua vulgo si quæ: eum tamen omnes miss. & editio prima contra eas, & que te fuisse te.

2. In Britanniam te profectum non esse gaudeo. 3. Ita Pal. pr. Gr. editio pr. ac Vick. Vulgarum ante haec eis in Britanniam te non esse profectum, rehauerat gaudeo.

3. Differit quanm fructuissimus tibi sit quam mihi. Ita edidit Vick. & Pal. canem. Gr. prima editio, Vat. tam fructu. & proprie. Vulgo dicitur fructuissimus tibi sit quam mihi, qui paulo post Graculam, expunctum, pro eo que graculam substitutum, iherat, videlicet an Græca fide egerint, nam mihi confitit eos hot exco die videlicet.

4. Quid in illa chartula fuisse. 5. Vetus Gal. codex: quid in ima chartula fuisse. Quod vero illa posteriora verba quām hæc scribere inducit atque ejus lumen more suo ingenii facit, non ex veritate sed ex libidinis, scilicet illa in libris omnibus, atque adeo editione principi penitus

quod ad eandem notet Egnat. legi aliae s̄ ut Man. volebat postea adnotare, tamenque ad Policiani librum J. quām exscribere. Cauterius tamen am plus malebat, quām hæc exscribere.

5. Ad vitam Metelli Philomeni deversissim. 6. Sic Pal. primus, Vat. & Vick. vulgo diversissim: sicut & Philomena, pro Philomena subingerunt editiones.

6. Topica Aristotelea. Hoc edidit Vick. ex Med. & sic quoque Vick. vulgo. Aristoteleæ post fratrem, edidit plurimè ex Pal. pr. Gr. Stev. editio prima argue Vick. vulgo. plurimè.

7. Differit avunculus apud differentes. Ita est in Pal. Stev. Pcc. Vat. editione prima & Vick. Nec erat quod Man. istam emendationem usumque pro sua nimis vindicaret, cum tam adnotaret ad editionem primam, nescio unde. Egnat. Grut habebat nunquam fronti deinde diverso calamo additum: quod tamen glacie fragilius [littera à Lambino omni judicio præteri] durate non potest. Vulgo, Differit tamen iamaq[ue] desiderat. 8. Habet

nes tenebis (ne seio quid enim Velientes verebantur) ne que Halethem, nobilem annem relinquas, nec Papiriam domum deseres. quamquam illa quidem i habet locuta, a quo etiam advenae tenet solent: quem tamen si excederis, multum prospexeris. Sed in primis oportunum videtur, his praeferunt temporibus, habere perfugium, primum eorum urbem, quibus carus sis: denique tuam dominum, tuosque agros, eaque remoto, salubri, aenone loco: idque etiam mea interesse, mi Trebatii, arbitror. Sed valebis, & meaque negotia, meque diis juventibus ante brumam expectabis. Ego à Sext. Fadio, Niconis discipulo, librum abstulii, Νικαντος των φραγμων. O medicum suavem, meque docilem, ad hanc disciplinam! Sed Bassus noster me de hoc libro celavit: te quidem non videtur. Ventus increbescit. Cura, ut valeas. xii. Kal. Sext. Vicia.

q. ARG. Sitis causam Trebatio commendat.

#### CICERO TREBATIO, S.D.

**T**ILLI causam te docui. is postea fuit apud me, cum ei dicarem, tibi videri sponzionem illam non sine periculo facere posse. SI BONORUM TURPILIAE POSSESSIO NEM, QU. CAEPIO PRAETOR EX EDITO SUO MIHI DEDIT, negare aiebat Servium, tabulas testamenti esse eas, quas institueris, qui factiōnē testamenti non habuerit: horum idem Officium dicere; tecum se locutum negabat: meque rogavit, ut te & causam tuam tibi commendarem. Nec vir melior, mi Teita, nec mihi amitor P. Silio quisquam est, te tamen excepto. Gratissimum igitur mihi feceris, si ad eum ultrò veneris, eique pollitus eris. sed, si me amas, quād primum hoc te vehementer eriam atque etiam logo.

q. ARG. De quadam iuri controversia scribit.

#### CICERO TREBATIO, S.D.

**I**LLE SERVAS heri inter scyphos: quod dixeram, controveriam esse, possetne heres, quod furtum ante factum esset, sunt recte agere. Itaque, et si dominum bene potius, seroque redieram, tamea id caput, ubi hac controversia est, notavi, & descriptum tibi misi: ut scires, id, quod tu neminem sensisse dicebas, Sex. Älium, M. Manilium, M. Brutum sensisse. Ego tamen Scavola, & Teita affinitior. Vale.

q. Designis à Fabio Gallo comparatu.

#### CICERO S.D. FABIO GALLO.

**T**ANTUM quod ex Arpinati veneram, cūn mihi à te littera redditæ sunt: ab eodemque accepi Avianii litteras: in quibus hoc inerat liberalissimum, nomina se facturum, cūn venissem, qua ego vellem die. Fac, quos, qui ego sum, esse te. cīlne aut tui pudoris, aut nostri, pri-

1. Habet lotum, à quo etiam advenae tenet solent.) Nos quidem, qua licet, ne pilum à Vict. discedimus: quod & hic cavimus, quandoquidem illi secundas fort Vatic hinc oppedit Man. quod ferè animo adserimus, cum facere animi morbo in Victorium, quem quidem post Politianum omnium maximus debet, facio vulgo, secundum litteras, quidam lacum: Canteri servis locum non habet.

2. Meaque negotia, meque diis juventibus. Ejeci te ridebis post negotia suaua-Pall. Grac. Stev. & editionis primæ hoc verbi reduvimus praecedentium. Præterea plurima in hac epistola emendavimus: corrigente liborum: ad quorum singulorum rationes considerate & immorari cuiusdam sententia est.

mùm rogare de die: deinde plus annua postulare? Sed effent, mi Galle, omnia faciha, si & ea mercatus es, que ego desiderabam, & ad eam summam, quam volueram. 4 Attamen ista ipsa, qua te emisse scribis, non solum rata mihi erunt, sed etiam grata, planè enim intelligo, te non modo studio, sed etiam amore usum, qua te delectant, hominem, (ut ego semper judicavi,) in omni judicio elegantissimum, quo me digna putaris, coemisse. Sed velim maneat Damasippus in sententiā, proorsus enim ex illis emotionibus nullam desidero. Tu autem ignarus insituti mei, quanti ego genus omnino signorum omnium non æstimo, tanti ista quatuor, aut quinque sumunt. Bacchis istas cum Musis Metelli comparas. Quid simile? primum, ipsas ego Musas numquam tanti putasse: atque id fecissim Musas omnibus approbantibus. sed tamen erat aptum bibliotheca, studiisque nostris congruens. Bacchis vero ubi est apud melocus? At pulchella sunt. Novi optimè, & saepè vidi. nominatum tibi signa tibi nota mandassim, si probassim. Ea enim signa ego emere soleo, que ad similitudinem gymnasiorum exornent mihi in palestra locum. Maxis verò signum quo mihi pacis auctor? Gaudeo nullum Saturni signum fuisse, hac enim duo signa putarem mihi ex alienum attulisse. Mercurii mallem aliquod fuisse, felicius, puto, com Avianio transfigere possemus. Quod tibi definiras trapozophoron: si te delectat, habebis: sin autem sentientiam murasti, ego habeo scilicet. Ista quidem summa ne ego multo libenter emerim diversionem Tarracina, ne semper hospiti molestus sim. Omnino liberti mei video esse culpam, cui planè res certas mandaram: itemque Junii, quem puto tibi notum esse, Aviani familiarem. Exhedria quædam mihi nova sunt instituta in porticula Tusculani, ea volebam tabellis ornare. etenim, si quid generis istiusmodi me delectat, pictura delectat. Sed tamen, si ista mihi sunt habenda, certiore velim me facias, ubi sint, quando accessantur, quo genere vectura. Si enim Damasippus in sententiā non manebit, aliquem pseudodamassippum vel cum jactura reperiemus. Quod ad me de domo scribis iterum, jam id ego proficisciens mandabam nica Tullia. Ea enim ipsa hora accepimus tuas litteras; egeram etiam cum tuo Nicia, quod is uititur, ut scis, familiariter Cassio. Ut redii autem, prius, quād tuas legi has proximas litteras, quævis de mea Tullia, quid egisset, per Licinianum se egisse dicebat, sed opinor Cassium ut non ita multum sorore. eam porro negat se audire, cum vir absens (est enim profectus in Hispaniam Dexius illo & absente, & insciente, migrare. Est mihi gratissimum, tantum à te stimulatum confutendum vitæ, vistusque nostri: primum ut eam dominum sumeres, ut non modo pro pè me, sed planè mecum habitare posses: deinde ut migrare tantopere festines. Sed ne vivam, tibi concedo, ut ejus rei tu cupidior sis, quād ego sum. Itaque omnia experiar. Video enim quid me intulit, quid utriusque nostrum, si quid ego, faciam ut scias. Tu & ad omnia rescribes, & quando te expectem facies me, si tibi videatur, certiore.

ARG.

3. Tantum quod ex Arpinati veneram.) Ita Pall. Vat. nec R. nam Gratiiano & Stev. tota decessit: a prima editio ac Vict. vulgo editio pedagogorum & quod exultat, paulo statim ex pall. Vat. Vat. editione Vict. scripsi, accepi Avianii litteras: in quibus hinc inerat, cum vulgariter: Avianus in quibus hinc erat.

4. Assumere ista ipsa.) Sic edidit Vict. sic quoque prima, & Vat. Pall. tam optimus haec tamen ista ipsa vulgo: faci, si pusilla haec sunt, sed tamen exoneranda, quia non Ciceronis: hec & illud genus omne figura cum existet in pall. editione primaria ac Vic. & oris, ut edita.

5. Quod

¶ ARG. Tigellum in iusto sibi irasci scribit.

CICERO S. D. M. FABIO GALLO.

<sup>24</sup> **A**MORIS quidem tui, quoquod me verti, vestigia: vel proximè de Tigellio. Seni enim ex litteris tuis, valde te laborasse. Amo igitur voluntatem. Sed paucade. Capius, / opinor / olim, NON OMNIBUS DORMIO: sic ego non omnibus, mi Galle, servio. cili quis est haec servitus? Olim, cum regnare existimabamur, non tam ab illis, quam hoc tempore observar à familiarissimis Caesaris omnibus, præter istum. Id ego in lucris pono non ferre hominem peccatiore patria sua: eumque addicatum jam tum puto esse Calvi Licinius Hipponeacteo præconio. At vide, quid succenscat. Phamea causam receperam, ipsius quidem causa, erat enim mihi sanè familiaris. Is ad me venit; dixitque, judicem sibi operam dare constituisse eo ipso die, quo de P. Seilio in consilium iti nesciebat respondi nullo modo me facere posse. et quum vellem alium diem si sumisset, me ei non defurum. Ille autem, qui sciret, se ne potest, bellum tibicinem habere, & sat bonum unctorem, discessit à me, ut mihi videbatur, itator. Habet Sardos venaleis: alium alio nequorem. Cognosti meam causam, & istius Salacoris iniquitatem. Catonem tuum mihi mitte. cupio enim legere. meaduic non legisse, turpe utrique nostrum est. Vale.

¶ ARG. Epistolam Galli non confessam significat. Monenti us caute de Cefare loqueretur, gratias agit. Horratur sine scribendi exercitationem intermitat.

CICERO S. D. M. FABIO GALLO.

<sup>25</sup> **Q**UOD epistolam confessam doles, noli laboreare. salva est domi. petes cum libebit. Quod autem in mones, valde gratum est: idque ut semper facias, rogo. videris enim mihi vereri, ne, si istum habuerimus, rideamus. Sed heus tu, matutum de tabula. magister adeit ciuitas, quam putaramus. 3 Vereor ne in Catonium, Catonios. Mi Galle, cave putas quid quam melius, quam epistola tua partem ab eo loco: cetera labuntur. Secretis hoc audi: recum habeto: ne aperte quidem, liberto tuo, dixeris. prater duo nos, loquitur isto modo nemo: bene, malene, video: sed, quidquid est, nostrum est. Urge igitur: nec transversum unguem (quod ajunt) à stilo. is enim est dicendi opifex. atque equidem aliquantum jam etiam noctis assumo. Vale.

¶ ARG. Demorbo ex herbarum usu contracto scribit.

CICERO S. D. GALLO.

<sup>26</sup> **C**UM decimumjam diem graviter ex intestinis laborearem: neque iis, qui mea opera uti volebant, me probarem non valere, quia febris non haberem: fugi in

Tusculanum: cùm quidem biduum ita jejunus fuisse, ut ne aquam quidem gustarem. Itaque, confessus languore, & fame, magis tuum officium desideravi, quam abs te requiri putavi-meum. Ego autem cùm omnis morbos reformatio, tum in quod Epicurum tuum Stoici male accipiunt, quia dicat, *duo sunt, & duorum ex iis* *mēnī*, sibi molesta esse: quotum alterum, morbum edacitatis esse putant: alterum etiam turpioris intemperantia. Sanè *duo sunt, & pertinueram*. Sed visa est mihi vel loci mutatio, vel animi etiam relaxatio, vel ipla fortasse jani senectentis morbi remissio profuisse. Attamen, ne mirere unde hoc aciderit, quomodo eveni commiserim: lex sumuaria, quæ videtur *litteris* attulisse ea mihi fraudi fuit. Nam dum volunt isti lauti terra nata, quæ lege excepta sunt, in honorem adducere: fungos, belluelas herbas omnes iti condunt, ut nihil possit esse suavus. in eas cùm incidissem in cena augurali apud Lentulum, tanta me *Agrippa* arripuit, ut hodie primum vi-dear cœpsisse connotare. Ita ego, qui me oltres, & muranis facile abstinebam: à beta etiam & à mava deceptus sum. Posthac igitur erimus cautores. Tu tamen cùm audies ab Anicio (vidit enim me naufragantem) non modo mittendi causam justam habuisti, sed etiam vilendi. Ego hic cogito commorari, quoad me reficiam, nam & vireis, & corpus amisi. Sed, si morbum depulero, facile, ut spero, illa revocabo.

¶ ARG. Accusationi Galla respondet.

CICERO S. D. M. FABIO GALLO.

**M**IROR, cur me accuses, cùm tibi id facere non licet, quod si licet, tamen non debebasi. *ZGO ENIM TE IN CONSULATU OBSERVARAM*. Et ais, fore, ut te Caesar restituat. Multa tu quidem dicas: sed tibi nemo credit. *Tribunatum plebei dicis te mea causa petisse*. Utinam semper essey tribunis: intercessorem non quarebas. Negas, me audere, quod sentiam, dicere. *Quasi* tibi, & cum impudenter me rogaras, patrum fortiter responderim. Hæc tibi scripsi, ut isto ipso in genere, in quo aliquid posse vis, te nihil esse cognosceres. Quod si humaniter mecum questus es, libenter tibi me, & faciliter purgarem. Non enim ingratia mihi sunt, quæ fecisti: sed quæ scripsisti, molesta. Me autem, propter quem ceteri liberi sunt, tibi liberum non visum, demiror. Nam si falsa fuerunt, quæ tu ad me, ut ais, detulisti: quid tibi ego debeo? si vera: tu es optimus testis, quid mihi populus Rom. debeat.

¶ ARG. Probat Curium, qui, Rep. desperata, in Graeciam se contulerat.

M. CICERO S. D. CURIO.

**M**EMINI, cùm mihi despere videbare, & quod cum multis potius viveres, quam nobiscum. Estat enim multò domicilium hujus urbis, (cùm quidem hæc urbs,) apius

tandum, in Vatrenio & Grut. haberi Tribunum. Vulgarer autem: *Tribunatum plebi dicis te mea causa petisse*, ceterum rigius lib. XVI. Annal. evincit hæc scribi ad T. Fadium Galium, non ad Fabium, confutatur.

*6. Cum impudenter me rogaris.* Ita pall. Vat. Victorii editio prima tam & Grut. cum parum impudenter mendore. Editum est, cùm parum impudenter me rogaris. Illud peres mirror. Vt edidisse. Quod si inhumanitas mea conquisitum est. Spahma accusat simi typographi non posse esse. Finem vero epistolæ ita concipiunt pall. Gr. editionum primæ, tu es optimus tribunus mihi populus Rom. debeat. diligenter, si vera: tu es optimus tribunus mihi.

*7. Quod cum ipsa pars viriles.* Ita melius pall. Gr. prima editio ac Victorii. vulgatum est quod sicut pars viri. In fine fere epistolæ volebat ex conjectura Gulielmus: alia esset nostra culpa se occidimus. Male, primo quia contra libros omnes; deinde avertit: & invertit. sensum totum: quem statuerat, non tam temere ad amendandum profligat.

1. Quoniam enim alium diem si sumpserit. Ita est Vat. codicis lectio, in Vt. quoque editione conspicua, vulgo: *gravis viles*.

2. Et farsum suorum. ) Alii ex conjectura: *et benum centrum*: ego minor, cur hoc vel quaque Man. Sic autem est in pall. editione primaria, ac Vt. duo Gul. Villermunde illi facit versum.

3. *Vereor ne in Catonium Catonius.* Ita pall. editio quoque Vt. nec longe abit impressio prima: *ta Catonium Catonius*. Malobat tamen Vt. sicut & apud A. Gellium Catonius. Alii: tamen *ne in Catonium Catonius*. M. Mur. vero pro Catonius malebat *Catoni* ex pollice. Nonque Gal. ex suo: *uno Catonius Catonius*. Vulgatum est *ne in Catonium, Catonius in eo*: quod licet multis logis explicet. Man. cordatiorum tamen namini probaverit. *Vereor ne in Catonium Catonius*; id est, ne morte afficiat Catonianarum partum homines & orca demitterat. *Salmag.*

4. *Vnde primus videtur epistola confidere.* Ita pall. Grut. præcisæ editione principis, sicutque ex Med. norat Victor. illud tamen quoque no-

5. *Tribunatum plebei dicis te mea causa petisse.* Sic est in pall. Grut. præcisæ editione principis, sicutque ex Med. norat Victor. illud tamen quoque no-

aptius humanitati, & suavitati tua, quām tota Peloponnesus, nedum Patri. Nunc conira & vidisse mihi multūm videris, cū, prope desperatis his rebus, te in Graciam contulisti, & hoc tempore non solū sapiens, qui hinc ab sis, sed etiam beatus, quamquam, quis, qui aliquid sapiat, nunc esse beatus potest? Sed, quod tu, cui licebat, pedibus es confectus, ut ibi esses, ubi NEC PELOPIDA RUM, nosti cetera: nos idem propemodum consequimur alia ratione. Cum enim salutationi nos dedimus amicorum; quæ sit hoc etiam frequentiū, quām solebat, quōd, quasi avem albam, videntur benè sentientes civem videre: abdo me in bibior hecam. Itaque opera efficio tanta, quanta fortasse tu senties. Intellexi enim ex tuo sermone quadam, cū meam mōstissimam, & desperationem accusates domitiae, dicere te, ex meis libris animum meum desiderare. Sed mehercule & tum tempubl. lugebam, quæ non solū suis erga me, sed etiam meis erga se beneficiis erat mihi carior: & hoc tempore, quamquam me non ratio solūm consolatur, quæ plūtimum debet valere, sed etiam DIES, QUAE STULTIS QUOQUE MEDERI SOLLET: tamen doleo, ita rem communem esse dilaplam, ut ne spes quidem, melius aliquando fore, relinquatur. Nec verò nunc guidem culpa in eo est, in cuius potestate omnia sunt, / nisi forte id ipsum esse non debuit/ sed alia casu, alii etiam nostra culpa sic acciderunt, ut de prateritis non sit querendum. Reliquam spem nullam video. quare ad prima redeo. Sapienter hęc reliquisti, si consilio: feciliter, si casu,

*ARG. Letteres commendatitias petit ad Sulpicium  
CURIUS M. CICERONI SUO S.*

**S**i vales, bene est. Sum enim *x̄ḡoꝝ p̄t̄ tuus, x̄ḡoꝝ*  
di Attici nostri. ergo fructus est tuus, mancipium illius, quod quidem si inter senes coëmitioneis vanale proscripscerit, erget non multum. At illa nostra predicatione, quanti est, nos, 2 quod simus, quod habemamus, quod homines existimetur, id omne abs te habere? Quare, Cicerio mi, persevera constanter nos conservare, & Sulpicii succcessori nos de meliore nota commendata, qui facilius tuis præceptis obtemperare possimus, reque ad veritatem libentes videre & nostra desigere, deporta: eque tuò possumus. Sed, amice magne, noli hanc epistolam Attico ostendere: siue cum errare, & putare, me virum bonum esse, nec solere duo parientes de eadem fidelia dealbare. Ergo, patrone mi, bene vale. Tironemque meum saluta nostris verbis. Dat. ad 1111. Kal. Novemb.

**G** ARG. De Canimo, Fabio p̄st, Kgl. Ian, mortuo sub  
regato. Delitteris commendatissimis ad Atticum Suspicii successe  
rem.

CICERO CURIO, S. D.

**E** Go verò jam te nechorior, nec rogo, ut domum redreas, quin hinc ipse cyclare cupio, & aliquò perveni-

<sup>1.</sup> Si inter se fuit coemtionalis rende priseris. ) Hoc est, si mihi inter-  
rejedisti illiusmodi principia titulum in venalitatem pinxerit, vendide-  
me, parum ei fecerit. Quare? quia inutiles sumus & nullus pre-  
dictus Ita de modis debet. Recordare, nunc *rendes nec exponis* dici de  
municipiis venui. Grex *venatum*, Plaut. Gr. *Gr.* Pal prima editio Peckii  
excerpta: si inter se fuit coemtionalis, Grut. S. inter se fuit coemtionalis ren-  
dor. Horat. vero ad LII. XII. Tabularum dictigilit in vet. libro, *intervenient  
coemtionalis*. At Egnat. ad oram priseris editionis, annotat perscriptum  
alius esse in cod. vet. *inter res securas*, sicut non multum diversum ex Grut.  
indicavi.

2. Quod sumus quid habemus; quid homines existimamus.) Ita Pal. Stev.  
& editio præfata Victoriae Gruterianus autem codex, quid finis habeat  
quid honestus existimus. Neque erat Lambini scilicet ratio tam  
bonam merecum effundere nam illa verba quid habemus abiecit tecum  
ergo revocans proposita impunitate pulsa ianoxie; sicut &  
paulo post, si prius possumus, cum residea in Paleditione primi, &  
Vict Manutius que deturque adeo in illo libro fuisse, ex quo Gruterianus  
transcripsit estimam prior decepitus, cum putaret se posse  
quaque scriptissima tota illa verba præterire, utque ad latentes videtur,  
nostra dñeferre, deportare quis permissum. Quod vero pro defensio idem  
Dionyssius deferre seu refutare vult. Sunt vocatio etiam ab illis.

re, ubi nec PELOPIDARUM NOMEN, NEC FACTA AU-  
DIAM. Incredibile est, quam turpiter mihi facere vi-  
dear, qui his rebus interfisi. Ne tu videris multo ante  
providisse, quid impenderet tum, cum hinc profugisti,  
quamquam haec etiam auditu acerba sunt, tamen AUDI-  
RE TOLERABILIUS EST, quam videre. In campo certe  
non fuitis, cum H. II. comitiis quatuor instauratis, sel-  
la Q. Maximi, quem illi consulem esse dicebant, polita  
est: quo mortuo nuntiato, sella sublata est. Ille autem,  
qui comitus tribus est auctoratus, centuriato habuit:  
cos. H. VI, renunziavit, qui uique ad Kalendas Jan. ci-  
fer; quæ erant tuudat manæ postridie. Ita Canino con-  
sule leto neminem pranduisse, nihil tamen eo consule  
mali factum est, fuit enim mirifica vigilancia, qui tuo  
toto consulatu somnum non viderit. Hac tibi ridicula  
videntur, non enim ades, quæ si videres, lacrymas non  
reneres. Quid si cetera scribam? sunt enim innumerabili  
generis ejusdem: quæ quidem ego non ferem, nisi me  
in philosophia portum contulismi, & nisi haberem locu-  
cium studiorum meorum, Atticum nostrum: cuius quum  
proprium te esse scribis mancipio, & nexus: meum autem  
usu, & fructu, contentus ito sum. ID ENIM est cujusque  
proprium, quo quisque fruatur, atque utitur. Sed hac  
alias pluribus. Acilius, qui in Greciam cum legioni-  
bus missus est, maximo meo beneficio est, bis enim est a  
me iudicio capit is, rebus salvis, defensus: & est homo  
non ingratius, neque vehementer obseruat. Ad eum de  
te diligenter scripsi, eamque epistolam cum hac con-  
junxi: quam ille quomodo accepit, & quid tibi polici-  
tus sit, velim ad me scribas.

*ARG. Invito Curionem ad mutua officia & redditum  
urbanum.*

CICERO CURIO S.D.

**F**ACILE perspexi ex tuis litteris, quod semper studijs & me à te iurimi fieri, & te intelligere, quam mihi <sup>31</sup> ius es. Quod quum uterque nostrum consecutus est; reliquum est, ut officiis certemus inter nos: quibus t' quo animo vel vincantem, vel vincar abste. Ac illo non fuisse necesse meas dari litteras, facile patior. Sulpicii tibi operam intelligo ex tuis litteris, non multum opus fuise, 3 propter tuas res ita contractas, ut, quemadmodum scribis, nec caput, nec pedes. Evidem vellem, uti pedes habent, ut aliquando redires. Vides enim exaruisse jam veterem urbanitatem: ut Pomponius noster suo jure possit dicere, nisi no pauci reinearunt gloriam antiquam Atticam. Ergo si tibi, nos ei succedimus. Veni igitur, quod, ne tamen semper urbanitas una cum rep. intereat.

G. ARG.

dans omnes libros in ordinem cogendi. paulo denique post scripti ex Victori editione ac Variano: *Duo partites de sedam fidelia debetare i- ficeat Ep. XXV. ex Pall.* atque isdem praesertim nos lequierimus i flamen domum, cum edatur ad gutta quidem pullatorum ac veterorum pedagogorum ducis: sed qui contra dicuntur, in lingua latina barbari sunt.

3. *Pepierum vestitam convitatu.* Non danno lecti onci Stev. & Gr. per illas vestitam convitatum elegantior mihi videtur ac veteri. illa vero verbiacum non pauci resumptae gloriam aspergunt. *Aitican.* videntur ex aliquo veteri poeta his traducta à Cicero eleganter: ideque justis diverso charactere imprimenda, tamquam integrum complexa Tro-

chacum.  
4. Non tamen seleni urbanitatis cum Rep. interreat. ) Sic eleganter Pall.  
Vat. Victoria editio dicit displacat Manutio, quoniam hujus parculæ  
elegantiam capetus non portuit sic Terent. Eunuch. Perfect in hoc, ut  
qua in part. sensu spnd Thaidem. Plura notant ex Salsilio, atque co-  
dem Terent super hac Particuliæ doch. Vulgo interpolatio nimis sin-  
istrum est, propagante tamen Man. tanum, & cum vel folios sententias  
posit murus res ac pali illata esse ad, hanc nostram lectionis elegan-  
tiam. Quidam Gul. codex quoque referuntur cum rep. in toto interreat ex  
glossa verisimile.

I. A. 225-.

**G. ARG.** De dicto seu disseriu in Ciceronem. **De ju-  
diciis.** De Republica. **De D. labella.**

## M. T. CICERO. S. D. VOLUMNIO.

**32 Q** UOD sine pronomine familiariter, ut debebas, ad me epistolam misisti, primum addubitavi, num à Volumnio senatore esset, quocum mihi est magnus uetus: deinde in litterarum fecit, ut intelligerem, tuas esse. Quibus in litteris omnia mihi pericunda fuerunt, prater illud, quod parum diligenter possest salinarum mearum à te procuratore defenditur. Ais enim, ut ego discesserim, omnia omnium dicta, in his etiam Setiana, in me conferri. Quid? tu id pateris? nonne defendis? non resistis? equidem sperabam, ita notata me reliquise genera dictorum meorum, ut cognosciri sua sponte possent. Sed quando tanta fax eft in urbe, ut nihil tam sit ἀξέθηγος, quod non allicui venustum eſte videatur: pugna, si me amas, nisi acuta ἀμφιβολία, nisi elegans ὑπερβολή, nisi πυρετραχία, bellum, nisi ridiculum πυρετροδοξία, nūl cetera, quae sunt à me in secundo libro de Oratore per Antonii personam disputata de ridiculis, ἄντικη, & arguta apparebunt, ut sacramenta contendas mea non esse. Nam de judiciis quod quereris, multò labore minus, trahantur per me pedibus omnes rei: sit vel Silius tam eloquens, ut possit probare, se liberum: non labore. Urbanitatis possessionem, amabo, quibusvis interdictis defendamus: in qua te unum metuo, contemno ceteros. Derideri te putas. Nunc demum intelligo te sapere. Sed mehercules, extra jocum, valde mihi tuus litteræ facetas, eleganteque visa sunt. illa quamvis ridicula essent, sicut erant, mihi tamen risum non moverunt. Cupio enim nostrum illum amum in tribunatu quam plurimum habere gravitatis: 2 id cum ipsis causa, (est mihi, ut scis, in amoribus) tum mehercule etiam reip. quam quidem, quamvis in me ingrata sit, amare non desinam. Tu, mihi Volumni, & quem instituisti, & mihi vides esse gratum, scribe ad me quam sepiissime de rebus urbanis, de republ. Jucundus est

mihi sermo litterarum tuarum. Fratres Dolabellam, quem ego perspicio, & judice cupidissimum esse, atque amantissimum mei, cohortare, & confirmare, redde plane meum. Non mehercule, quod quidquam desit: sed quia valde cupio, non videor nimium laborare.

**G. ARG.** Affilia Republica se ad exercitia declamatio-  
nis retulisse ferunt, auditoribus Hirtio, Castio, Dolabellae. Volumnium  
ad eadem studia invitata.

## M. CICERO S. D. VOLVMNIO.

**Q** UOD n declamationibus nostris cares, daioni nihil; 3 facis. Quod Hirtio invideres, nisi eum amares, non erat causa invidendi: nisi forte ipsius eloquentia magis, quam, quod me audiret, invideres. Nos enim plane, mihi quavissime Volumni, aut nihil sumus, aut nobis quidem ipsius displicemus, gregalibus illis, quibus, te plaudente, vigebamus, amissis: ut etiam, si quando aliquid dignum nostro nomine emisimus, ingemiscamus, quod hac piniger, non armiger in corpore tela exercitantur, ut ait Philocetes apud Accium, abjecta gloria. Sed tamen omnia mihi erunt, si tu veneris, hilariora. quamquam venis, ut ipse intelligis, in maximarum quasi concursum occupationum: quas si, ut volumus, exceperimus, ego vero multam salutem & foro dicam, & curia: vivamque tecum multum, & a cum communibus nostris amatoribus. Nam & Cassius tuus, & Dolabella noster, vel potius uterque noster, studiis iisdem tenentur, & meis æquissimis utuntur auribus. 4 Opus est hoc limatulo, & politulo tuo judicio, & illis interioribus litteris meis, quibus saepe verecundiorem me in loquendo facis. Mihi enim judicatum est, si modò hoc Caesar aut patietur, aut volet, deponere illam jam personam, in qua me saepe illi ipsi probavi, ac me totum in litteras abdere, tecumque, & cum ceteris earum studiosis honestissimo otio perfri. Tu vellem, ne veritus es, ne perinvitus legerem tuas litteras, si mihi (quemadmodum scribis) longiores forte misisses: ac velim post hac sic statuas, tuas mihi litteras longissimas quaque, gratiissimas fore.

## M. TVL.

**I. Αὐτόγονος.** Sic recte Lamb. quemadmodum quoque ipso video expressissimè in Pal. pr. & edit. prima manu Egnati ex v. c. adnotatum vulgo αὐτόγονος incepit.

**2.** Id cum ipsis causa est mihi, ut scis, in ameribus. Ita Pall. Vatic. editio. Victorii velgo: Idque cum ipsis causa est enim mihi, ut scis, in majoribus.] Grat. & Stev. id cum ipsis. Prima editio: id tamen in ipsis causa, statim postscripta ex Pall. Grat. editione Victorii ac Vat. in me ingrata sit, amissione etiam delecta particula superflua tamen ante amare.

**3.** Cum compunctione nostris ameribus.) Pall. prima editio: cum omnibus nostris ameribus. Grat. vero ac Stev. sic ineditus: cum omnibus nostris, Nam & Cassio. Nihil hic audeo mutare: quandoquidem pro vulgaria recte Vict. Lamb. Manutius.

**4.** Opus est huc limatulus & polito tuo judicio.) Ita Vaticanus codex, atque editio Victorii, nec fecus liber Policianus nisi quod pro hoc huc exhibeat, in primo erat peccatum, sed nota addita expunctionis duarum

Litterarum u. Veneta, seu editio primaria, opus est huc delimanus, & pel-  
tuende concilio coauisse lectionis monitrum in Grat. delimanus &  
filiis sue judicio, vulgabatur antehac peccatum.

**5.** Et illis interioribus litteris meis.) Ita Pall. Victorii editio, atque o-  
mnium prima Veneta. Stev. tantum & Grat. minima mutatione, mea  
littera, quod dico ob accusandam audaciam Lambini, invitis omnibus  
libris ingerant. litteris, u. quibus, &c. & aperte mandam vanitatem Vrbi-  
ni, nescio ex quo. **Αρχαὶ τελεῖτω** codice afferentes: illis interioribus li-  
teris, quibus, sed ne obliviscaris, quemadmodum Lambem enduit, prece-  
pit Ferrarius, ut videas, quam rages iste homo ungulas habuerit, qui  
omnia sine discrimine cum pulvulicolo sic legerit, in fine vero epistole  
rotundum vulgatum scripturam, ne perinvitus legerem, quam ea existet in  
Vat. neque excepterit Vict. in nostris omnibus, sicut & Stevach. ar-  
que editione principe est, ne pluribus legarem.

I. Quia